Fr. Bernardinus a Senis

Causarum Servorum Dei Ord. Fr. Min. S. Franc. Cap.

Postulator Generalis

Universis has Litteras inspecturis fidem facimus ac testamur, Nos ex authenticis locis accepisse ac legitime recognovisse particulam ex ossibus S. Clementis I° P.P. ....

eam reverenter collocasse in theca metallica formae rotundae, crystallo clausa, filo serico interius colligata, et sigillo Nostro parvo in cera rubra hispanica signata: quam dono dedimus cum facultate apud se devote retinendi, vel aliis donandi, ac publicae fidelium venerationi exponendi, de licentia tamen eorum quibus de iure spectat. - Monemus autem fideles, in quorum manus hae sacrae reliquiae nunc vel in posterum venturae sunt, nullo modo licere eas vendere, nec cum ullis rebus quae mercimonii speciem praeseferant commutare.

In quorum fidem has Litteras, manu Nostra subscriptas, sigilloque Nostro maiori munitas, ipsa cum theca fideliter servandas, remisimus.

Datum Romae, ex Curia Generali,

Die 11 mensis 6 an. 1956

Fr. Bernardinus a Senis
Postulator Generalis

POSTULATOR GENERALIS ORD. MIN. CAPUCINORUM

Gratis ubique. Reg. N. 341/51